

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

odium necesse est nos munire animum ex scriptura. Pugnandum cum diabolo & peccato atque conscientia ex scripturis.

6. Et in summa, Est salus animæ nostræ, Jac. 1. vers. 21. Rom. 1. v. 16. Itaque in hoc delectemur iugiter, Psal. 1. v. 2. Huius lectio regibus etiam commendatur, Deut. 17. v. 19. Jos. 1. v. 8. Et omnibus, Joh. 5. v. 39.

Hoc unum Paulus operat suis auditoribus, ut in verbi cognitione semper proficiant, Ephes. 1. v. 18. Phil. 1. v. 9. Col. 1. v. 11. Commendat Thessalonicenses 1. Th. 1. v. 6.

F I N I S.

T H E M A LXIX.

Psal. 119. v. 109.

Anima mea semper in manibus meis: & legis tuæ non sum oblitus.

D I S P O S I T I O.

Mirabilis videtur esse loquutio hæc Davidis nostri, quod animam suam semper in manibus gesserit: quæ ipsi etiam Augustino prima fronte inconueniens & intellectu difficilis apparebat. [NOTA. Is enim supra hunc locum sic habet. Anima in manibus meis, quomodo intelligatur, ignoro. Et ideo cum latinis quibusdam codicibus nauult legere, in manibus suis, quod illi videbatur conuenientibus. Linguae enim Hebraicæ non erat peritus, sicut fateatur in fine huius Psalmi 119. quod de literis Hebraicis scripserit, id sibi iudicatum fuisse ab eis qui nouerunt illas literas. Hoc iuniores monere volui, propter certas causas: non quod hæc vulgo sint proponenda, &c. At in Hebræo est, in manu mea, vel secundum nonnullos in *uola mea* semper.]

Itaque operæ pretium erit hanc phrasin scripturæ primum cognoscere, & veram horum verborum sententiam eruere: & deinde quomodo huic alterum quoque versus huius membrum respondeat, explicare, ut tandem.

dem etiam doctrinas nostro instituto conuenientes inde
possimus petere.

I. Pars, seu 1. membrum huius sententiae.

Animam meam semper in manu mea gestare soleo.
Similes phrasae scripturae etiam alibi extant: vt Iephtah
Iud. 12. v. 3. Ephraimitis cum ipso expostulantibus, pro-
pterea quod non vocasset ipsos ad bellum cum Ammoni-
tis sic responder: Quia nolulistis venire mihi in subsidi-
um, *posui animam meam in manibus meis*, transiitque ad
filios Ammon, &c. Hoc est. praesentissimo periculo obie-
ci vitam meam. . Sam. 28. v. 21. Pythonissa Sauli dicit,
Obcedui tibi, *Et posui animam meam in manu mea.* Ich
habe's gewagt auff Leib und Leben.]

Similis phrasis illi, vbi dicitur de Gedeone, quod ab-
iecerit animam suam pro populo, Iud. 9. v. 17. Jonathan
de Dauide, occidente Goliathum, ad patrem sic loqui-
tur: 1 Sam. 19. vers. 5. posuit animam suam in manu sua, &
occidit Philistaeum.

Job. 13. v. 14. quid portem animam in manibus?

Ex his omnibus constat, quod David hoc velit, se sem-
per versari in summo vitae discrimine. Estque fere cogna-
ta phrasis huic, qua nostrates dicunt, de his qui exponunt
periculis vitam suam, vel belli vel pacis tempore: *Er
tregt seu Leben feil.* vel, *Er hat die Haut verkauft und
sich gebotten.* De senibus, quibus mors ante oculos ver-
satur, dicunt nostrates: *Er tregt die Seel am Arme.* Ad
Dauidem redeamus. Integro is decennio in summo ver-
sabatut discrimine, propter Saulem hostem. Sed & antea
imminebat illi periculum ab vrsis, leone, 1. Sam. 17. & Phi-
listaeo. cap. eodem. Et post etiam ab hostibus Philistaeis,
Ammonitis & omnibus aliis: imo à filio Absalone, à Se-
ba filio Bochri, Vide 2. Sam. 15. ad finem. Vide etiam peri-
cula illa praesentissima, vbi lesbi Gigantum vnus volebat
occidere Dauidem, 2. Sam. 21. v. 16.

Quod si vero haec eadem verba, de internis tentatio-

nibus animi Dauidis, & periculis animæ spiritualibus, (quæ in desperationem illum inductura videbantur) velimus intelligere, nihil erit absurdum. Illa enim nec rara nec leuia erant, vt patet Psal. 3. v. 13. & passim alibi.

II. Membrum versus 109.

Alterum membrum sic habet: *Et legem tuam non sum oblitus.* Quasi diceret: In mediis periculis meditatione verbi tui hoc enim per legem generaliter intelligit per totum hunc Psalmum, vt & alibi passim) animum meum confirmaui. Et hoc præstitit mihi verbum Domini, ne vel desperarem, vel vllum genus periculi in vocatione mea, propter nomen tuum, aut salutem meorum subditorum subterfugerem. 2. Nec vnquam passus fui mihi persuaderi, vt negarem nomen tuum & verbo tuo valedicerem. Mordicus illud semper tenendum mihi erat.

3. Et licet (vt sequens versus innuit) sæpe mihi aduersarii posuerint laqueos, non aliter quam solent venatores, tamen mihi non potuerunt defectionem à verbo tuo persuadere.

4. Neque etiam vlla erat vis tentationis tanta, vt verbi tui obliuionem inducerit: quin potius in mediis tentationibus semper arripui verbum, & inde percepti consolationem. Nisi enim testimonia tua mihi fuissent consolationi, perissem, Psal. 119. v. 92.

5. Licet ipse mihi Satan struxerit insidias, cupiens me à verbo tuo abducere, tamen illud semper firmiter tenui, tua adiutus gratia. Quæ nec in posterum mihi desit, rogo.

LOCI COMMUNES.

I. Discimus, nullum periculum vitæ tantum esse, vt propter illud liceat valedicere verbo Domini. Quin potius paratos non tantum verbi ministros, sed omnes Christianos esse decet omni tempore, vt prius vitam relinquunt, quam verbum Dei sincerum, Matth. 10. v. 39. & 16. vers. 25. Marc. 8. vers. 35. vbi expresse additur, propter Euan-

Temporali me
Luc. 11. 6.

Et cum verbi
suum siquæ ad
non debet esse

Exemplo sur
suo corona m

Notandum
curiam, nequ

fulerunt: Se
tet & patient

Sine ferro eg
fumer laltu

verbo Deit
& scilicet.

II. C
bis, quod

nostis, &
vini os. A

pillus
& separ

vers. 12.
mentum

nam Jo.
da in ma

veri sum
leui illa

vers. 16. S
in Gentes

III N
boni Dei,

animum h
be cultodi

vehem
dicitio & c

rabantur

Euangelium *meum*. Et v. 38. si quem puduerit verbi. Idem Luc. 9. v. 26.

Est enim verbum Domini veritas. Joh. 17. v. 17. Veritas autem vsque ad mortem defendenda, Syr. 4. v. 33. Et charius debet esse verbum auro & obryzo, Psal. 119. v. 72.

Exemplo sunt Martyrum multa millia. Nulla pretiosior corona martyrio.

Notandum autem, non omnium Martyrum corpora cruciari, neque illos tantum esse martyres, qui sanguinem fuderunt: Sed etiam qui internos cruciatus animi fortiter & patienter sustinent. Sic enim Hieronymus etiam: *Sine ferro & flamma multi sunt Martyres*. Hi sunt, qui fortiter sustinent Satanæ tentationes & vincunt fide ex verbo Dei: cum intrus sentiunt terrores illos, 2. Cor. 7. v. 5. & aculeum, 2. Cor. 12. v. 7.

II. CONSOLATIO autem peti debet ex his verbis, quod licet anima nostra videatur esse in manibus nostris, tamen illa verius sit in manu Dei, etiam dum viuimus. In manu Dei fortes nostræ, Psal. 31. v. 16. Ideo capillus non potest perire, Matt. 10. v. 30. Luc. 21. v. 18. Sed & separata à corpore anima portatur ab angelis, Luc. 16. vers. 22. & in manus Dei venit, Sap. 3. v. 1. nec patitur tormentum, Ibid. nec rapietur etiam ex manu Dei in æternum, Joh. 10. v. 28. & 29. Ideoque illi etiam commendanda in manus, cum viuimus, Psal. 31. vers. 6. & cum morituri sumus, Luc. 21. vers. 26. A. & 7. v. 57. Multum nos soletur illa *manus Dei* dextera, quæ semper vincit, Psal. 118. vers. 16. *Darumb sollen wir v. aser Sede auß v. ser Hand in Gottes Hand stellen.*

III. Nunquam obliuiscamur legem Dei, hoc est, verbum Dei. At vix est quicquam, cuius obliuius citius capiat animum humanum. Satan enim rapit temen, si non probe custodiatur, Luc. 8. v. 12.

Vehementer itaque necessaria crebra illius lectio, meditatio & auditus frequens. Berthoenses quotidie scrutabantur scripturas, Act. 17. v. 12. iuxta id Christi, Joan. 5.

v. 39. Idem vult Pſal. 1. v. 2. Hoc etiam quotidiana requirit neceſſitas, ne ſuccumbamus.

FINIS.

THEMA LXX.

Pſal. 119. verſ. vltimus.

Erravi ſicut ovis, quæ perit, quære Domine ſeruum tuum. Quia mandatorum tuorum non obliuiſcor.

DISPOSITIO.

Dauid in iuuentute fuit opilio, 1. Sam. 16. & 17. Quod & Dominus illi in memoriam reuocat, 2. Sam. 7. v. 8. & ipſe fateatur, Pſal. 78. v. 70. Itaque non penitus poteſt obliuiſci ouium. Imo ex opilion: fit ovis, hoc loco prælecto, & quidem errans ouicula. Memor haud dubie illius ænigmatis de ouibus, quod ex mandato Dei propoſuit ipſi Nathan, 2. Sam. 12. v. 1. & ſeqq.

Non autem debent hæc nobis videri viliora, quam vt auditores illis fatigari debeant. Nam ipſe filius Dei hæc ſimilitudine de paſtore & ouibus fuit delectatus, Joann. 10. Imo etiam de oue errante, de qua Dauid hoc loco, mentionem facit, Luc. 15. v. 4. & iſta ſane ſimilitudo multum doctrinæ & conſolationis continet, vt patebit, ſi accuratius hæc verba conſiderauerimus.

Dicemus itaque hoc loco, breuiter & ſimpliciter, 1. de oue errante. & 2. deinde etiam de eadem quaerita, & 3. inuenta, ſive reuerſa ad ouile.

I. PARS.

1. Comparat Pſaltes ſeipſum ouiculæ. Gratum alioquin animalculum, & vile.
2. At oui erranti ſe comparat. Eſt enim ovis natura animal ſtupidum, & facile aberrat via, ſi non habeat ductorem, quem ſequatur.
3. Nec erranti tantum, ſed perditæ. Etenim quanto longius progreditur, tanto facilius incidit in periculum, & fit præda luporum & cæterarum beſtiarum.

Neque